Paludatus. 272	Panis. 260	Pantominus. 284
		1. <i>Pantominus.</i>

e) *Palare* legere, quum a *Palo* sit, contextus prohibet, qui *Pallium*, *Palliolum*, *Palla*, *Pallare* comprehendit. *Palliare* igitur verbum esse conjeci, unde *Palliatu*s est. Haud tamen congruit haec explicatio cum usitata ratione verba in Collectione notandi tertia persona praesentis vel praeteriti temporis (§. 70).

f) In hac nota et ea, quam *Pansum* interpretatus sum, incertus haesi, maleque earum processit analysis: quod ante omnia animadverti velim, ne si quis meliorem viam aperire voluerit, vana fortassis opinione mea motus proposito desistat. Alteram enim literam N quidem legi, sed invitus quippe qui nullum tali forma N in aliis notis reperirem. Quare in compositis cum *Pando* verbis eandem figuram P esse dixi. Duo vero P in simplici vix cogitari possunt, nisi ponas *Papando* olim dictum fuisse. Similis verbi *Pello* ratio est (§. 378).

<i>Panucula!</i> g) 272	Paradisum. 293	Parent. 265
Panuncula! 272	Paralipomenon. 293	Parentalia. 281
Papa. 289	Paralyticus! i) 268	Parenticida. l) 271
Papa noster. 288	Paralysis. 281	Parere. (tert. conj.) 260
Papaver. 288	Paralyticus. 281	Paret. 265
Paphlagonia. 282	<i>Parapaestos.</i> 297	Paria. 262
Papilio. 290	Parasitus. 294	Paries. 291
Papilla. 290	<i>Parastatica.</i> 293 (Reines. inscr. p. 143).	Parisius. 296
Papirius. 288	Parat. 265	Parit. 260
Papula. 290	Paraveredus. 293	Parium. 291
Par. 262	<i>Paraulos.</i> k) 280	Parricida. 269
Parabola. 268	Parcit. 270	Pars. m) 294. 302
<i>Paracletos.</i> 270	Pardus. 314	Pars adversa. 263
<i>Paraclytos.</i> h) 269	Parens. 264	Parsimonia. 285

g) Ex Isidoro et glossariis medii aevi id vocabulum Gruteriano *Panuncula* substitui.

h) Duae sunt notae, quae eodem vocabulo apud Gruterum explicantur, quibusque Graeca nomina adscripsi, ut distinguerentur.

i) Cave legas *Paralyticus*. Hoc enim alia nota notatur. Quid vero istud significet, aenigma est, quod non conor attingere, quoniam inter composita cum *Parat* hoc nomen legitur.

k) Duplici literae P, quae in nota est, significatione deceptus interpres apud Gruterum *Protaulis* legit.

l) Nusquam reperitur hoc vocabulum, nisi apud Priscianum, qui *Parricidam*, ait, per syncopen illius dictum esse. Aliam ex Plauto (*Epid.* 3. 2. 13) conjecturam addo, qui *Perenticidam* habet.

m) Duas notas, quibus hoc vocabulum significatur, recepi, alteram ex diplomatario Ludovici Pii (p. 50), alteram ex Gruteriana Collectione (p. 51). Illam Carpentierus perperam exscripsisse videtur; haec vera est.

Parte. 263	Parvum. 301	Pastinaca. 299
Partem adversam. 285	Parvum poculum. 272	Pastionem. q) 294
<i>Parthenope.</i> n) 287	pas. 261	Pastor. 287
Particeps. 302	Pascit. 294	Pastoralis. 281. 287
Particula. 270	<i>Pascua.</i> o) 268. 300	Patavium. 299. 300
Partim. 263	<i>Pasiphae.</i> 296	Patefacit. 266
Parturit. 299	Passer. 295	Patefactum. 266
Partus. 261. 298	Passi. 264	Patefecit. 266
Parvipendens. 301	Passifae! p) 296	Patena. 286
parum. 291	Passim. 294	Pater. 261
Parum. 300	Passus. 295	Patercularius! r) 261
Parumper. 301	Pastellum. 281	Paterculus. 261
Parvulum. 302	<small>s. Pastillum.</small>	Pater familias. 274
	Pastina. 267	

- n) Quum Gruterianum *Eupae* neque nomen cognitum sit, neque ex notae literis elici possit, equidem mera de conjectura adscripsi *Parthenope*. Ingenue confiteor, exceptis litera P et terminatione e, ceterarum literarum lectionem omnino incertam esse.
- o) Ex duabus notis, quibus idem vocabulum adscripsi, Gruterus alteram in adpendicem rejecit (199), quoniam a suo libro aberat: altera apud eundem vocabulo *Pasca* explicatur, atque in libro Cass. id nomen a recentiori quodam corrigitur *Pascha*; sed *Pascua* legendum esse contextus docet. Equidem hanc notam illa veriore esse arbitror.
- p) Legendum est *Pasiphae*. Neque mirum videatur, hoc nomen proprium inter animalium nomina in Collectione insertum esse: Minotaurus enim praecedit (Ovid. Art. 1. 295).
- q) Notae lectio haud dubia est, licet terminatio *tionem* ab imperito notario ficta sit, qui uno calami ductu eam absolvere debebat. *Pastio* medio aevo dicebatur census pro jure pascendi solvendus.
- r) Glossae Isidori hoc nomen derivant a *Paterculo*. Haud vero scio, an Collectionem notarum tantum respexerit auctor, in qua *Paterculus* antecedit. Terminationis certe

Paternum. 265	Paucis ante diebus. 266 <small>(e.g. Cic. Tusc. 1.71. Liv. 25.31. cct.)</small>	Pavor. 300
Pater patratus. 288. 298	Paucis diebus. 266	Pauper. 301
Patescit. 268	Paucis infra diebus. 266	Pauperculus. 301
Patet. 265	Paucis post diebus. 266 <small>(e.g. Tac. Hist. 4.46.)</small>	Pauperies. 301
Patibulum. 267	Paucissime. 272	Paupertas. 301
Patiens. 287	Paucis supra dieb. 266	Pausabilis. 295
Patientia. 287	Pavescit. 268	Pausat. 297
Patitur. 262	Pavet. 300	Pax. 267
Patres conscripti. s) 271	Pavidus. 300	pe. 263
Patres patriae. 289	Pavimentum. 284	Peccat. 270
Patricius. 268	Paulatim. 266	Peccator. 270
Patrimonium. 261	Paulisper. 267	Pectoralis. 291
<i>Patrius?</i> 261	Paulo amplius. 265	Pectorosus. l) 293. 294
Patrocinium. 269	Paulo ante. 266 <small>(e.g. Cic. p. lege Manil. 13.)</small>	Pectus. 261
Patronus. 285	Paulo minus. 267	Pectusculum. 268
Patruelis. 280. 291	Paulo post. 266	<i>Pecuarium.</i> u) 269. (291!)
Patruus. 300	Paululum. 267	Pecudes. 269
Patulum. 266	Paulum. 266	Peculatus. 269
Paucis. 270	Paulus. 266	Peculiaris. 269

positio derivatum ab hoc nomen non admittit. Unde mea de conjectura adscripti *Patrius*, quam tamen pro vera venditare non ausim.

s) Ex hac etiam nota glossae Isidori illustrantur (§. 381), in quibus incisum inter haec verba delendum.

l) Casselana nota (p. 294) meliorem esse Gruterianam (p. 293), equidem arbitror.

u) Magis placet Casselana nota. Gruterianae insuper explicatio haud convenit.

Peculium. 269	Peducius. 269	Pellis. 282. 289
Pecunia. 271	Peduculus! 273	Pellit. 289
Pecuniosus. 295	Pedule. 281	<i>Pelluviae.</i> b) 280
Pecus. 269	<i>Pedum.</i> z) 272	<i>Peloponnesum.</i> 288 <small><i>Pelops enim praecedit.</i></small>
Pedagogus! x) 277	Pejor. 291	Pelops. 290
Pedale. 280	<i>Peitho.</i> 299	Pelosum! 288
Pedementim. 283	Pejus. 260	Pelues! 280
Pedes. 263. (singular.)	<i>Pelagicus.</i> 277	Pelvicula! 301 <small><i>A Pelvis ignot. diminutivum.</i></small>
Pedester. 295	Pelagus. 276	Pelvis. 301
Pedica. 268	Pelaicus! 277	Pelusia. 263. 294
<i>Pediculus.</i> 273	Pelicanus! 276	Pen! 267. (<i>Paean</i>).
Pedissequus. 295	<i>Peligni.</i> 280	Penates. 262
Peditat. 273	<i>Pelignianus.</i> a) 276	Pendere. (<i>tert. conj.</i>) 262
Pedo. 272	Pellex. 280	Pendere. (<i>sec. conj.</i>) 264
<i>Pedocuculli.</i> y) 272	Pellicula. 282	Pendet. 264

- x) *Lege Paedagogus.* Melior in nota ipsa inest scribendi ratio, quam in interpretatione adscripta.
- y) Emendationis viam clara notae terminatio aperuit. *Cucullus* tegmenti genus erat, unde etiam *Bardocucullus*. *Pedocucullis* vero, licet in aliis libris id vocabulum haud reperiatur, pedes indutos fuisse, puto, antequam calceis induerentur.
- z) Duae sunt notae apud Gruterum, quarum utrique *Pedo* adscriptum. Alteram, quia punctum, ut in ceteris a *Pede* derivatis, inferiori loco ponitur, etiam sic lego: hanc vero, quia superiori loco terminatio additur, *Pedum* interpretor.
- a) Quum inter nomina propria legerem *Pelicanus*, notum quidem nomen *Peligniani*, qui consul fuit cum Pomponio, subjeci; sed propius ad Gruterianam lectionem accedit *Pelicanus* (*Sallust. fragm. et Quintil. 4. 2*).
- b) *Pelues* apud Gruterum legitur. Sed *Pelvis* alio modo notatur. Vide igitur, num hariolando verum assecutus sim.

Pendit. 262	Pentadium! 287	Peperit. 261
Pene. 286	<i>Pentaeterici.</i> d) 287	Pepigit. 276
Penejus. 285	Pentameter. 284	Pepo. 289
Penes. 286	Pentarici! 287	<i>Pepulit.</i> 289
Penetrabilis. 267	Pentatheneum! 287	Pepunculus! f) 289
Penetral. 287	<i>Pentateuchum.</i> e) 287	Per. 263
Penetrat. 286	<i>Pentathlum.</i> 287	<i>Peracuit.</i> 269 (Ration. emend. v. §. 162).
Peneus. 285	Penteris. 292	<i>Peraequat.</i> 290 (Vid. §. 162).
<i>Penis.</i> 286	Penuarium. 287	Peragit. 265
<i>Penitus.</i> 286	Penuria. 301	Peragitat. 276
<i>Penna.</i> c) 286	Penus. 286	Peragrat. 265
Pensile. 296	Pependit. 289	Perambulat! 268
Pensum. 295	Pepercit. 270	<i>Perarat.</i> 265

c) Ita legendum esse, pro Gruteriano *Paenna*, ex nomine, quod sequitur, *Pluma* patet. Liber Cass. habet *Pinna*, eadem scribendi ratione, qua apud Suetonium (Claud. 33) vox effertur.

d) *Pentarici* apud Gruterum legitur. Incertus fui, utrum *Pentarchi*, an *Pentaeterici* legerem. Vicit opinio haec, quum animadvertissem, in eadem columna sequi *Palaestra*, *Palma*, ludique quinquennales. *Pentaeterici* certaminis in lapidis etiam titulo mentio fit (Grut. 499. 6).

e) Pro Gruteriano *Pentatheneum* adscriptum fortasse erat *Pentatheucum*, a quo sensim librariorum incuria corruptum illud nomen deflexerit. Neque mireris, cum ceteris vocabulis hoc loco notatis id nequaquam congruere. A recentiore enim insertum esse, liber Cass. docet.

f) Diminutivum antecedentis vocabuli *Pepo* esse videtur: quod quum inauditum sit; haud scio an potius nomen proprium, fortassis *Peplus*, in note lateat. Certe nomen *Peplia* in antiquis lapidibus legitur.

Percedit. <i>g</i>) 265	Percutit. 270	Peremensum! 285 <small>l. Per emensum.</small>
Percellit. <i>h</i>) 271	Per Deos Deasque. 272	Perendie. 273
Percenset. 271	Per Deos Deasque im-	Perendinum. 273
Percepit. 263	mortales. 283	Perennis. 286
Percessit. 263	Per Deos immortal. 283	<i>Peresum.</i> 293
Percidit! <i>i</i>) 271	Perdicit. 273	Perexiguum. 277
Percipit. 263	Perdit. 273	Perfecit. 263
Per circuitum. 271	Perdixit. 273	Perfer. 275
Percogitat! 272 <small>Inusitat. compositum.</small>	Perdocet. 273	Perfert. 275
Percognitum. 277	Perdolescit. 274	Perfidiae. 275. 278
Percolit. 271	Perdoluit. 274	Perfoederatus! 274 <small>Inaudit. compositum.</small>
Percrebescit. 270 <small>l. Percrebescit.</small>	Perducit. 264	Perforat. 288
Percrebuit. 267 <small>l. Percrebuit.</small>	<i>Perduellum.</i> 280	Performidat. 288
Perculsit. <i>k</i>) 295	Perduit. 274	Perfovet. 288
Percunctatur. 271	Perduxit. 264	Per frequentiam. 275
Percussit. 295	Peregre. 275	Perfricat. 293
Percussor. 270	Peregrinus. 275	Perfrigerat. 277

g) Tametsi Nonius in Ciceronis Oratore male legerit *Percessum*; certe tamen medio aevo invaluit *Percedere* verbum (Carpent. gloss.)

h) Pro Gruteriano *Perculit* ita reposui. Perfectum enim sequitur, notaque hanc lectionem offlagitare videtur.

i) Abest a libro Casselano, neque injuria. Haud enim a *Cado* est hoc verbum, ut nota arguit, sed a *Caedo*.

k) A *Percello*. Ita etiam Ammianus (17. 8), licet Vossio (Gramm. 5. 28) displiceat praeteritum *Perculsit* pro *Perculit*.

Perfrigescit. 277	Per idem tempus. 273	Permoratur. n) 284
Perfrixit. 277	Per ignorantiam. 277	Permutabilis. 284 <small>Insuet. compositum.</small>
Perfruitur. 301	Perjicit! 264 (Vid. p. 419. n).	Permutat. 284
Perfulcit. 272	Periit. 265	Perna. 286
Perfulsit. 271	Perimit. 263	Pernicies. 270
Perfunctorie. 272	Perinde. 275	Perniciosus. 294
Perfunctus. 271	Periniquum. 301	Pernicitas. 286
Perfungitur. 277	<i>Perinsolens?</i> d) 296	<i>Perniunculus.</i> 270
Per Galliam. 263	Per invidiam. 266	Pernix. 287
Pergamena. 277	Perio! 291	<i>Pernoctat.</i> 286
Pergit. 276	Per ipsum. 301	Pernomen! o) 286
Pergula. 277	Perit. 265	Pernumerat. 287
Perhibet. 263	Perjurat. 301 <small>Pejerat legi nequit.</small>	Pernunculus! 270
Perhorrescit. 288	Perlicet. m) 281	Pernuntiat. 287. (Vid. p. 419. n)
Perhorruit. 288	Per longum tempus. 281	<i>Pero.</i> 291
Periclitatur. 271	Permanet. 284	Perodiatu! 288 <small>Perodiosus legi nequit.</small>
Periculosum. 295	Permensum. 285	<i>Peronatum.</i> p) 292
Periculum. 264	Permittit. 284	<i>Perorat.</i> 290

d) Ita liber Cass. et certe *Insolens* praecedit. Gruterus vero habet *Persolens*, quod scriptoribus inferioris aevi idem est ac *Assiduus*.

m) Fortasse idem quod *Pellicit*. Priscos enim *Pelliceo* dixisse, grammatici docent.

n) Inusitatum est hoc compositum. Quodsi primam notae lineam ad perpendicularum magis erexeris; commodior lectio *Immoratur* prodibit.

o) Modum excessisse auctores in componendis nominibus haec etiam nota docet (Conf. p. 419. n).

p) Duarum apud Gruterum notarum *Petrotum* et *Colobrata* lectionem emendandam esse legendumque *Peronatum*, *Colobathra*, vix est, quod dubitemus.

Perosus. 288	Perscripsit. 263	<i>Persolet.</i> s) 281
Perpendiculum. 271	Perscrutatur. 297	Persolitus! 296
Perpendimus. 289	Persecat. 295	Persolvit. 297
Perpenna. q) 286	Persedat. 296 (Vid. p. 419. n)	Persona. 297
Perperam. 266	Persedet. 296	Personat. 297
Perpessicius. 271	Per se nuntiat. 297	Persorbet. 297
Perpessus. 295	<i>Persephone.</i> r) 297	Persorbuit. 297
Perpetitur. 289	Persequimini. 295	Perspexit. 289
Perpetrat. 290	Persequitur. 295	Perspicit. 289
Perpetuum. 289	Perses. 296	<i>Perspicuum.</i> 296
<i>Perplectitur.</i> 280	Perseverat. 296	<i>Perstringit.</i> 298
<i>Perplexus.</i> 280	<i>Persia.</i> 296	Ita etiam lib. Cassel.
Perquirit. 290	Persica! 296	Persuadet. 294
Per regionem. 263	Persicum. 295	Persuasit. 294
Persalutat. 296	Persilit! 296	Persubtilis. 297
Persceleratus. 296	Per singulos. 296	Persuit. d) 298
Perscribit. 263	Persolens. 296	Persultat. 298
		<i>Pertaedescit.</i> u) 272

q) Ita Gruterus. Equidem legere malim *Perperna* propter terminationis locum, qui a *Perna*, non a *Penna*, id nomen derivatum esse arguit (§. 275).

r) Convenient in lectione *Puerpera*, et Gruteriana Collectio, et liber Cass. Quodsi notae literas perspexeris, notamque, qua *Puerperium* notatur, cum hac comparaveris, magis profecto placebit lectio mea. Accedit, quod *Proserpina* praecedit, cujus Graecum nomen Latina terminatione notatum esse suspicor, nisi *Περσεφόνη* sit.

s) *Praesolet* liber Casselanus habet; *Persolet* Gruterus: et certe medio aevo in usu fuere *Persolentia*, *Persolenter* (Cang. et Carpent. gloss.). Neque te moveat nota *Persolitus* ab *P* alius formae incipiens. Hanc enim post insertam fuisse, ex libro Cass. comperi.

d) Sensus huic verbo inest, qui alio exprimi nequit: quare Latinis id usurpatum fuisse

<i>Pertaedet.</i> 265	Per totum. 288	Pervigil. 277
<i>Pertaesum.</i> 298	Pertractat. 270	Pervium. 301
Per tempus. 265	Pertractum. 278	Perunctum. 277
Pertendit. 264, 299	Pertrahit. 278	Perungit. 277
Pertergit. <i>x)</i> 276	Pertumuit! <i>z)</i> 301	Perunxit. 277
Pertersit. 295	Perturbat. 299	Pervolat. 281
Pertica. 271	Pervadit. 301	Pervolvit. 281
Pertimescit. 299	Pervenire. 301	Perusia. 264, 294
Pertimuit. 299	Pervenit. 301	Pes. 274. (288!)
Pertinax. 287	Perversum. 295	Pessime de republica meritus. 294
Pertinctum. 299	Perversus. 295	Pessime de r. publ. po- puli R. meritus. 294
Pertinet. 286	Pervertit. 275	Pessime meritus. 294
Pertingit! <i>y)</i> 277	Pervicax. 272	
Pertinxit! 277	Pervidet. 278	

vix dubito, quamvis in auctorum classicorum scriptis, quae supersunt, non legatur. Sane non omnia, quibus eorum auctoritas deest, temere contemserim.

u) Pro Gruterianis *Praetaedescit*, *Praetaedet*, *Praetaesum*, cur legere liceat *Pertaedescit*, cetera supra (§. 162) dixi.

x) Grammaticorum dubium, utrum secundae, an tertiae conjugationis verbum sit, nota solvit; si tanta ei sit auctoritas.

y) A *Tingo* non a *Tango* derivatum hoc verbum, licet inauditum, haud tamen damnandum. Etenim vix credo, alio uti potuisse Ciceronem ipsum, si lanam non tantum tingi, sed etiam *pertingi* jussisset. Aliud est a *Tango*, quod etiam *Perlingere* verbum vel ex optimorum auctorum libris expungerunt critici, substituentes *Pertinere* apud Caesarem (bell. civ. 3. 68), Ciceronem (nat. deor. 2. 9), Plinium (II. 37), Sallustium (Jug. 48), Livium (25. 24), aliosque. Quod si auctoritate librorum scriptorum permoti fecerunt, bene habet: ubi vero suo Marte; certe, deesse huic verbo idoneos auctores, nequidquam dicant.

z) *Pertumidam* lunam scriptum reperias apud Apulejum.

Pessimus. 294	<i>Petaurum.</i> 299	<i>Petrobolos.</i> 268
Pessulum. 296	Pethepus! 272	<i>Petrocorius.</i> a) 263
Pessum. 297	Petit. 262	Petronius. 286
Pestiferum. 275	Petra. 299	Petrotum! 292
Pestilens. 296	Petrabulum! c) 263	Petrus. 292
Pestilentia. 296	Petragorius! 263	Petulans. 280
<i>Pestinuntium</i> v. <i>Pestrin.</i>	Petrejus. 299	Phalanx. 287
Pestis. 295	<i>Petrensis.</i> 294	Phalera. 283
<i>Pestrinum.</i> a) 286	Petrestis! 294	^{Ἡ Φάλαρα.} <i>Phania.</i> c) 278
<i>Petauristarius.</i> b) 299	Petri. 299	Phantasma. 142

a) *Pristinum* in Gruteriana Collectione est; ad quod vocabulum in appendice adnotat „Alter liber exhibet *Pestrinum*, omnino commodius.” Lectoribus certe haud comoda est brevis haec explicatio: neque quid voluerit vir doctus assequor. *Pistrinum* enim alia nota, omnino diversa ab hac, notatur. Utramque lectionem adscripsi, neutram amplector, veram restituendam esse censens ex glossis Isidori, quas saepius Collectionem nostram secutas esse vidimus. *Pestinuncium* illae dicunt eum, qui pestem nuntiat. Atqui ex duabus notis *Pestis* et *Nuntius* nostra est efficta, praeceduntque in Collectione *Pestis*, *Pestilens*, *Pestilentia*, *Pestiferum*; sine ullo igitur dubio *Pestinuntium* legendum esse arbitror.

b) Quae apud Gruterum explicantur notae nominibus *Pitaurum*, *Pitauritanus*, has ego *Petaurum*, *Petauristarius* interpretor, inter *Seboenobatica* et *Pertica* insertas. Notarum figurae ex libro Cass. sunt emendatae.

c) Antecedens nota *Petra* est, sequiturque *Petrensis*. Legendum fortasse *Petrobolum*, ut sit Πετροβόλος.

d) *Petragorius* et *Vesonna*, apud Gruterum sese excipiunt. *Vesonna* *Petrocoriorum* urbis nomen est, hodie *Perigeux*.

e) *Pania* inter nomina propria apud Gruterum legitur refragantibus etiam notae literis. *Phania*, sive *Phanias*, viri nomen est, a quo *Φανία Σύρα* in proverbii consuetudinem venisse, Eusthatius tradit.

Pharao. 143	<i>Phasianus.</i> g) 144	Philocitharis! h) 278
Phares. 267 Filius Judae ex Thamar.	phi. 278	Philocitharistes. i) 278
Pharetra. 278	<i>Philadelphenum.</i> 290	<i>Philodemus.</i> 282
Pharetrazonium. f) 278	Philidamus! 282	Philologus. 276
Pharisaens. 144	Philidorus! 274	Philomela. 282
<i>Pharsalia.</i> 296	<i>Philippopolensium</i> 282	<i>Philonica Pharsalia!</i> 278. Vid. Philophasalia.
Phasalia! 296	Philippus. 283. 290	<i>Philopator.</i> 290
Phaselus. 278	Philistiim. 140 פִּלִשְׁתִּים	Philophasalia! k) 278

f) Nisi in notis nusquam reperitur, quod sciam, hoc vocabulum, ex Φαρέτρα cum Ζώνιον compositum. Pharetra enim ex humeris pendebat (Herod. 7. 61), immo ex cingulo (Virg. Aen. I. 325). Literae PH, a quibus incipit nota, prohibent, quo minus Parazonium, et terminatio *ium*, quo minus Pharetratum legamus.

g) Ab F incipit nota, cujus si brevior prima linea erat, commodius PhN legebam.

h) Utrum Graecum Lyrae synonymon, ex Φλοζ cum Κίθαρις compositum, an potius *Psilocitharis*, a Ψήλας, legendum sit, ex ea, quae sequitur, annotatione colligas.

i) Graecum nomen Latino adscripsi. Sed vereor, ne falsa sit apud Gruterum interpretatio. Quum enim literae *Ph* et *Ps* unam eandemque figuram Tironianam habeant; *Psilocitharistes* etiam legere licet. Quam quidem lectionem ut praeferam, Suetonius (Domit. 4) facit, ex cujus libro plura hausisse Collectionis auctores, saepenumero animadverti. Certe *Chorocitharistes* et *Philocitharistes* in Collectione sese excipiunt, aequae ac Suetonius *Chorocitharistas* et *Psilocitharistas* jungit.

k) Cum notae forma, ex libro Cass. emendata, satis convenit Gruteriana interpretatio. Antecedunt *Phrygia*, *Asia*: sequitur *Phasalia*, pro quo legendum esse *Pharsaliae* onjeci. Istud vero *Philophasaliae*, quamvis *Philopharsalia* legas, inextricabile aenigma est. Quodsi notae terminatio integra servanda sit, equidem *Philonica Pharsalia* interpreter, ut error sit auctoris, qui *Philonicum* (virum) *Pharsalium* apud Plinium (8. 42) legens, id nomen populi compositum esse putaverit, regionemque finxerit *Philonicam Pharsaliam*. Sin errorem esse in notae terminatione a statuere liceat; ea in *us* transformata, commodior lectio *Philonicus Pharsalius* erit.

Philopolensum! d) 282	Phlegias. 277 (Val. Flacc. Virg. et Stat.)	Phrygia. 302
Philosophia. 278	<i>Phoebeus?</i> n) 278	Phryx. 202
Philosophus. 278	Phoebus. 278	<i>Phryxianum.</i> 292
<i>Philyra.</i> 140	<i>Phoenices.</i> o) 302	<i>Phryxus.</i> r) 292
Phioldelphum! 290	<i>Phoenicia.</i> 302	<i>Plthisicus.</i> 278
phis. 279	<i>Phrenesis.</i> p) 278	<i>Plthisis.</i> s) 278
Phisicus! 278	<i>Phreneticus.</i> 278	pi. 262. 278
Phisis! 278	phri. q) 293	Piaculum. 271
<i>Phlegethon.</i> m) 276	phris. 293	Pica. 279

d) In geographica Collectionis sectione ignotum hoc nomen legitur. Adscripsi quidem *Philippopolensium*; ipse vero dubito, an probabilis sit emendatio, quum a Philippopolis sit Philippopolitanus. Fortassis simpliciter *Polensium* (Grut. 263. 7) legendum.

m) Gruterus *Flegeton*. Paulo melius liber Cass. *Plegeton*, pro *Phlegethon*, habet.

n) Gruterianam lectionem *Diephoebus* neque admittit nota, neque, si admitteret, intelligeretur. Quare *Phoebeus* legendum esse conjeci. Jam vero sentiens, nec meam interpretationem cum Tironiana ratione derivata notandi satis convenire, suspicor, errorem in ipsa notae figura esse: cui si unam saltim lineam, quae Tironiano D sit similis, in capite addideris; *Deiphobus* legere licebit, quod magis placet.

o) Hi quidem populi intelliguntur; sed mirum, a *Phoenix* notari pluralem *Phoenixi*, et pro *Phoenicia* *Phoenixia*.

p) Recensentur hoc loco morborum genera; quare *Phrenesis*, *Phreneticus* lego, ubi Gruterus habet *Fremis*, *Tremiticus*. Certe a P incipiunt notae.

q) *Pri*, *Pris* Gruteriana quidem lectio est, sed meliorem Casselanam esse, punctum appositum arguit (§. 252). Id quod de similibus syllabis puncto signatis semel monuisse sufficiat.

r) Quod apud Gruterum est *Phrix* et *Phrixenum*, id ex serie verborum explico *Phryxus* et *Phryxianum*. *Phryx* enim alia nota significatur.

s) Ita lego. Quid enim inter morborum genera Gruterianum *Phisis* et *Phisicus*?

<i>Picta (toga)</i> . t) 269	Pilarius. 292	Piper. 274
Pictavis. u) 272	<i>Pileum</i> . 280. (§. 299)	Pirata. y) 188
Pictor. 271	Pilosus. 295	Piraticus. 270. 271
Pictum. 271	Pilumnus. 283	Pirsus! 279
Pictura. 266	Pilus. 278	pis. 262. 279
Pie. 264	pima. 284	Pisaurum. 297
Pietas. 264	pina. 286	Piscina. 271
Piger. 275	<i>Pindarus</i> . x) 184. 241	Piscis. 271
Piget. 275	Pingit. 276	Pisis. (v. <i>Privis</i> .)
Pignoraticius. 276	Pinguis. 276	Piso. 297
Pignus. 276	Pinguissimus. 277	<small>Nomen propr.</small> <i>Pistacium</i> . z) 45
Piheredis! 279	Pinus. 285	Pistor. a) 278
Pila. 280	Pinxit. 277	Pistrinum. 285

t) Apud Gruterum simpliciter legitur *Picta*; cui vero interpretationi figura notae *Pictum* adversatur. Equidem *Picta toga* (Fest. ap. Gothofr. 231. 366) posui, quoniam antecedunt indumentorum nomina. Quodsi haec conjectura haud satisfacit; licet *Pictacia* legere, qui pluralis numerus est nominis *Pictacium*, cujus Gellius (16. 7) meminit.

u) *Pictava*, hodie *Poitiers*. De ablativo casu in hujus notae interpretatione superius (p. 415. m) dixi. Eodem etiam casu legitur id nomen in Notitia imp. occid. (179. b), et in diplomate Ludovici Pii (Mabill. 314).

x) Quamvis ex litterae P formis una sit, quam in litera N involutam esse non absurde dixeris, haud tamen certam lectionem habeo notae, quam aequae *Idarnes* (Curt. 4. 5), *Idanthyrus* (Strab. 15. p. 587) *Indathuras*, cet. interpretari licet. Sed incertum non de- cuit a Gruteriana lectione recedere.

y) Mira est nota, ex cujus forma potius *Irata* elicitor. Haud tamen ad notae *Piraticus* figuram hanc emendare ausus sum, quoniam in libro Cass. non solum eadem conspicitur, sed etiam nota *Piraticus* ad hanc magis accedit.

z) Apud Gruterum *Bitatium* legitur, et, a B1 incipere notam, perspicuum est. Sed *Naturtium*, *Cunela*, quae proxime sequuntur, satis arguunt, *Pistacium* intelligendum esse.

Pistrix. 279	Placat. 271	<i>Plagiaulos.</i> 277
Pisum. 294	Placatum? 271	Plagium. 275
Pitaulis! 280	Placenta. 282	<i>Plagula.</i> 277
Pitauritanus! 299	Placet. 279	Planctum. e) 281, 288
Pitaurum! 299	Placidius. 279	Plancus. 265
<i>Pithecos.</i> b) 272	Placidus. 279	<i>Plane sobrius?</i> f) 296
Pithon! c) 287, 299	Placor. 279	Plangit. 276
Pittacium. 271	Placorus? d) 270	Planities. 286
Pituita. 298	Placuit. 279	Planta. 266
Pix. 302	Plaga. 276	Planus. 281
pla. 281	Plagiarius. 275	Planus. (substant.) 280
Placabilis. 268	Plagiaticius! 269	Planxit. 276

A *Plagium* deriv.

Quid? quod a Graecis modo Πισάνια, modo Φιττανια, Ψιτάνια, vel etiam a Possidonio Βισάνια scribitur.

- a) Verbum etiam *Pistrire* (Cang.), mutata tantum notae terminatione, Collectio habet.
- b) In Collectione leguntur *Simia*, *Cinocephalus*, *Pethepus*, *Cerdopetephus*, *Cerdo*. Corrupte profecto. Quae omnia, si *Cynocephalus*, *Pithecos*, *Cercopithecos*, *Cercops* legeris, ex simiarum genere esse videbis. Ne per literas quidem, quibus composita est nota, *Pethepus* legere licet.
- c) Utinam meliorem quis pro levi mea conjectura substituat! Notam praecedunt *Possibilia* et *Impossibilia*; sequitur *Innectit*. *Pytho* et *Pythia* alias occupant notas. Ego vero dubius et incertus haesi in Graeco Πειθή.
- d) Inter nomina propria insertum est hoc, quod ignotum. Arguit quidem literae C locus literam L (§. 286): quoniam autem sectio notae haud semper illam literam significat, et certe a nota *Placor* haec non descendit; equidem *Pacorus*, nomen omnibus notum, legere malim.
- e) Dubius geminam pinxi notam.
- f) Vix credo, aliquem dixisse *Probe sobrius*. Apulejus vero (Met. V. 31) „Lares” ait „pauperes nostros, sed *plane sobrios* revisamus.”

Plasmat. 284	Plenitudo. 273	Plumella! 282
Platanus. 281	Plenus. 281	<i>Plumula.</i> 282
Platea. g) 281, 283	Pleonasmus. 285	Pluribus. 279
Plato. 281	Plerumque. 290	Plurimum. 300
Platocerus! 276	<i>Plethora.</i> d) 283	Plus. 285
<i>Platyceros.</i> 276	<i>Pletorius.</i> 283	Plusculum. 268
Plaudit. 300	Pleturis! 283	Pluteum. 282
Plausibilis. 268	Pleuriticus. 282	Plutius! 282
Plausile. 300	Pleutopa! 283	Pluto. 280
Plaustrum. 292	Plicat. 263	Pluvialis. 283
Plautius. 300	Plodit. 282	Pluviatilis. 283
Plebejus. 279	Plorat. 288	po. 264
Plebicula. 268	Plostrum. 292	Poculum. 272
Plebs. 259, 279	<i>Plotius.</i> 282	Podagra. 276
Plectitur. 281	Pluit. 301	Podagricus. 276
Plectrum. 272	Pluma. 284	Podiarius. k) 274
Pledius? h) 282	Plumbeum. 267	Podium. 274
Plenissimus. 282	Plumbum. 267	<i>Poediculi.</i> d) 274

g) Bis reperitur hoc nomen apud Gruterum. Prima notae figura (p. 63) corrupta est, et ex libro Cass. exsulat. Altera (p. 194), verior quidem, in libro Cass. inferiori linea augetur. Utramque, et Gruterianam, et Casselanam inserui.

h) Ignotum mihi est hoc nomen proprium. Vulgata quidem *Pedius*, et *Phedius*; sed cum notae literis haud congruunt.

i) Male quidem inter morborum nomina *Pleutopa* apud Gruterum legitur.

k) In glossis Pseudo-Isidori legitur: „Podiarius inter mimos.” Atque oleum et operam perdidit viri docti, qui vel aliam lectionem substituere, vel vocabuli vim ac pote-

Poema. 285	Politissimus. 264	Pomiferum. 285
Poena. 264	Politus. 264	Pomocrium. 285
Poenae nomine. 287	Pollens. 265	Pompa. 290
Poeninum. 264	Pollex. 282. 302	Pompejus. 290
Poeta. 298	Pollicitus. 281	Pomponius. 287
Poeticus. 269	Pollinctor. 280	Pomosum. 284
<i>Polea</i> . 282	Polinctus. 280	<i>Pomum</i> . 284
Polena! <i>m</i>) 282	Pollux. 280	Pondus. 273
Polenta. 282	Pollux et Castor. 270	Pondusculum. 273
Polentacium. 282	<i>Polydorus</i> . 274	Ponit. 262
<small>A <i>Polenta</i> derivatum.</small>	<i>Polymitum</i> . 282	Ponitinus! 287
<i>Polichne?</i> 282	<i>Polynices</i> . 282	Pons. 265
Policulae! 282	<i>Polypus</i> . 283	<i>Pontaticum</i> . <i>n</i>) 265
Polimpus! 283	Pomarium. 285	Ponticanus! 287
Polit. 264		

statem ex appositis verbis eruere tentarunt. Auctorem enim, ut in pluribus, hoc etiam loco solam Collectionem notarum respexisse, nomen vero ipsum haud intellexisse, mihi persuasum est (§. 381). Inter mimos Podiarium dicit, quia in Collectione, praeter alias notas, antecedunt Schoenobatica, Petaurum, Petauristarius, ludorumquo genera paulo post sequuntur. Proxime ante Podiarium est nota Podium; unde Graevius illum esse ait, qui ad Podium fabulas agebat. At in theatris omnia ante Podium agebantur! Equidem *Podarius* legendum esse censeo, ut sit idem, qui Sonipes, pede scabillum sonans (Grat. Syneg. 45). Ita enim glossae veteres (Hofm. Lex. 5. 635: „Ποδοψόφοι, Podarii.”

1) Licet hoc nomine notissimi sint Italiae populi; notae tamen terminatio *e* sive *ae* mira est. Si in nota manifestae non essent syllaba *po* et litera *D*, Puticulae legerem.

m) *Polea* conieci; sed locus, quem obtinet nota inter farinam et polentam, repugnare videtur. *Pollens* magis congruit; sed obstat terminatio notae. Legendum fortasse *Polemonia*.

n) Ex vectigalium genere esse, sensit quidem Carpentierus; sed, nulla ipsius notae ra-

Ponticus. 272	Porcus. 272	Possessiuncula. 296
Pontidius. 274	<i>Porphyrites.</i> 290	Possessor. 295
Pontifex. 254	Porrigit. 292	Possibile. 282
Pontifex maximus. 254	Porro. 292	Possibilis. 263
Pontifex noster. 286	<i>Porsena.</i> 297	Possidet. 295
Pontificalis. 255	Portat. 263	Possimus! 265
Pontificium. 251	Portaticum. 263. (265!)	Possit. 265
<i>Pontinius.</i> 287	Portendit. 292	<i>Possim.</i> 265
<i>Pontinus.</i> 287	Portentum. 256	Post. 261
Popilius. 290	Porticus. 270	Post diem. 261
Popina. 290	Portio. 299	Post dies paucos. 273
Poplites. 282	Portiuncula. 272, 299	Postea. 265
Populatus. 289	Portorium. 299	Posteaquam. 265
Populus. 289	Portus. 263	Postera die. 291
Populus. (<i>arbor</i>) 282, 290	porum. 290	Posterior. 291
Populo pleb. Rom. o) 292	pos. 264	Posterum. 261
Populusque Rom. 292	Poscit. 270	Posthumus. 285
Populus Romanus. 292	Posse. 265	<i>Posticum.</i> 272
Porcula. 272	Possessio. 294	Postilio! p) 265

Grut. *Porcilia* habet.

tione habita, *Portaticum* perperam interpretatus est, quod idem vocabulum, alia nota significatum, (p. 44) bene legit. Consulenda de illo nomine glossaria, quibus addo Capitularium, quod vocant, regum Francorum (L. 3. C. 12).

o) Legendum esse *Plebi populoque Romano*, et notae principalis forma, et ejus terminatio docet.

p) Lege *Postulio* (Varro ap. Gothofr. 25). Clara terminatio *lio*, est, neque admittit nota interpretationem *Postulatio*.

Postis. 265	Posuit. 264	Potius quam. 264
Postmeridianus. q) 284	Potens. 256	<i>Potorius</i> . 264
Postmeridie! 284	Potentia. 256	Potu. 264
Postmodum. 283	Potentissime. 256	pra. 262
Post mortem. 261	Potes. 262	Prae. 259
Post obitum. 261	Potes esse. 263	Praeacuit! 268, 269
Post paucos dies. 289	Potest. 262	Praeaequat! 290
<i>Post plus</i> . r) 285	Potestas. 264	Praeaezum! 293
Postquam. 261	Potio. 299	Praearat! 265
Postremum. 265	Potionarius! t) 264	Praebet. 260
Postridie. 291	Potiphar. 302	Praecavet. 265
Postsecus! s) 294	Potissimum. 264	Praecedit. 259
Postulat. 261, 279	Potitur. 264	Praecellit. 269
Postulaticius. 268	Potiuncula. 282	Praecepit. 260
Potumus. 299	Potius. 264	Praeceptus. 268

q) Ita legendum esse conjeci, quoniam adverbium *Postmeridie* ignoro. Quum vero *Postpridie* medio aevo dictum sit; *Postmeridie* dixisse eosdem infimae Latinitatis scriptores, conjicere licet.

r) In diplomate Ludovici Pii Carpentierus (59) legit: „ut deinceps annis singulis aut „post duorum annorum curricula peracta mandante *missionum* ministro ad nostrum veniant palatium.” Ego vero *post plus* et *missi* lego. Quamvis barbara videatur enuntiatio; illa tamen nota, quae ex binis aliis composita est, aliter explicari nequit; et, licet *quam* intelligi possit, quod et optimi auctores saepe omittunt, hoc tamen loco etiam *plus quam* superfluum esse videtur.

s) *Postsecus* explicatur in glossariis *Jam*. In libro *Cass.* est *Possecus*.

t) *Potorius* lego, quamvis *Potionarium* medio aevo dictum esse sciam. *Remotior* enim terminationis locus esse debebat, ut ita legi posset.

Praecepti. 260	Praecursus. 293	Praefecit. 274
Praeceptor. 260. 270	Praeda. 265	Praefecti dixerunt. 260
Praeceptum. 260	Praedamnat. 265	Praefectus. 260
Praecessit. 260	Praedator. 273	<i>Praefect. palat. γ)</i> 267
Praecidit. 269	Praedestinatus. 260	Praefect. praetorio. 260
Praecingit. 278	Praediarium! 291	Praefectus urbis. 260
Praecinit. 285	<i>Praediarium. ω)</i> 291	Praefer. 274
Praecipit. 259	Praedicat. 269	Praefert. 274
Praecipitat. 268	Praedicat. 273	Praefuit. 274
Praecipue. 268	Praediolum. 279	Praegnatus. 275
Praecisus. 269	Praedivinat. 285	Praegravat. 276
Praeclamat. 280	Praedium. 260	Praegressus. 275
Praedarum. 270	Praedixit. 273	Praegustator. 301
Praecludit. 279	Praedo. 260	Praejicit. 278
Praecludit. 279. 300	Praeducit. 300	Praeit. 259
<i>Praeconium. 270</i>	Praeduxit. 300	Praejudicium. 302
<i>Praeconium. 270</i>	Praefacilis. 260	Praelatum. 279
Praecoquit. 272	Praefascinat! x) 275	Praeminet. 284
Praecordia. 270	Praefatio. 298	Praemittit. 284
Praecum! 270	Praefatur. 298	Praemium. 283

α) *Praediarium* Gruterus habet. Nota omnino abest a libro Cassel.

χ) Verbum quidem ignotum, sed nomen *Praefascinius* πικυ βάσκανος; glossae interpretantur; et adverbium *Praefiscine* nemini non notum.

γ) Praefectos et Primores palatii novi; sed *Prior palatio* inauditum est nomen, quantum quidem scio. *Primores palatii* legere vetat notae terminatio.

Praenarrat. 285	Praeorat! 290	Praeposterum. 292
Praenestae. 285	Praeparat! 289	Praeposuit. 288
Praenoctat! 286	Praepedit. 288	Praepotens. 289
Praenomen. 285	<i>Praepes.</i> 288	Praepudium! ^{z)} 275
Praenuntiat. 285	Praeplectitur! 280	<i>Praeputum.</i> 275
Praeoccupat. 75	Praepomit. 288	Praerodit. 287

z) Interpretationem notae quae a libro Cass. omnino abest, haud intelligens, *Praeputum* significari conjeci non obstante litera D, quod a *Pudendis* fortasse id nomen deduxerint Collectionis auctores. Sed videamus, possitne alio etiam modo explicari lectio *Praepudium*. In Collectione sese excipiunt *Repudium*, *Praepudium*, *Tripudium*: quare unius ejusdemque originis et cognatae significationis haec nomina esse colligere licet. Quamvis enim in diversas sententias dubii abeant etymologi; equidem a Graeco Πῆξ; ea nomina originem traxisse arbitror. Certe verborum *Repedare*, *Praepedire*, *Tripudiare* vim ac potestatem qui intellexerit, noverit etiam nominum *Repudium*, *Tripudium*, *Praepudium*, significationem. Si enim *Praepedire* est *Impedire*; *Praepudium* idem quod *Impedimentum* erit. Quodsi quis, ne hac quidem explicatione contentus, maluerit, modicam ipsius notae emendationem fieri; ei, prona literae P figura refecta, legere licebit *Propudium*, quo vocabulo nauta utitur apud Petronium (99), moram Eumolpi culpans his verbis: Et moraris, Eumolpe, tamquam *propudium* (intelligo *feri*) ignores. — Quae quidem verba quum haud satis explicata esse videantur a viris doctis; equidem quod sentio in medium proferam, grate accepturus, si quis meliora me docebit. Πῆξ; Graecis pes navis est, quo quasi it seu vehitur. Inde Latinis remi et vela quasi *Pedes* navales dicti sunt (Nonius Marcell. 5. 393. ap. Gothofr. p. 699. Macrobius. 6. 4): deinde, parte pro toto accepta, funes etiam, quibus vela reguntur, *Pedes* appellati (Plin. 2. 47. Virg. Aen. 5. 830). Graecis etiam Πῆξ; fuisse ipsum velum, auctor est Servius (ad illum Virg. loc.), qui, inde funem Latinis dictum esse *Podam*, tradit. Jam vero praepositio *Pro* in nomine Προπῆξ; sive *Propudium* eandem vim ac potestatem habet, quam in verbis *Projicio*, *Proficiscor*, *Procello*, *Produco*, Προπέξω, cet. obtinet, et cum eadem praepositione nomen *Propodon*, pro *Propodeon*, Turpilius apud Isidorum (19. 4) habet, neque, cur hanc mutemus lectionem, satis est causae. Equidem non dubito, quod Virgilio est *Pedem* facere, idem Petronio esse *Propudium* fieri, utrumque scilicet actum significare, quo naves jam jam e portu educendae velis aptantur.

Pracrogat. 291	Praespicit. 289 <small>Non. 4. 109. ubi alii Perspicit).</small>	Praetentat. 260
Praerogativum. 291	Praessicium! b) 271	Praeter. 292
<i>Praesagit.</i> 296	Praestabilis. 293	Praeterea. 274
<i>Praesagivit.</i> 296	Praestantissimi. 293	Praeterit. 292
Praescit. a) 293 <small>Male Grut. Praescitur.</small>	Praestat. 293	Praetextatus. 298
Praescribit. 260	Praesterium! c) 298	Praetor. 259
Praescrpsit. 260	Praestigiator. 296	Praetorius. 290
Praesens. 259	Praestitit. 299	Praetulit. 298
Praesentaneum. 298	Praestituit. 299	Praetura. 265
Praesentibus. 259	Praestitutum. 500	Praeturinus! d) 288
Praesepium. 297	Praestolatur. 281. 287	Praevaricatur. 268. 269
Praesertim. 294	Praestringit! 298	Praeventus. 298
Praesertim cum. 298	Praesul. 279. 296	Praevertit. 274
Praesidiarium. 297	Praesumit. 298	Praevidet. 273
Praesidiolum! 296	Praetaedescit! 265	Pragma. 275
Praesidium. 295	Praetaedet! 265	Pragmaticus. 275
Praesolet! 281	Praetendit. 299	Prandet. 291

a) A libro Cass. abest. Gerte erravit interpres, qui *Praescitur* adscripsit.

b) Quamvis abjecto *a* legas *Pressicium*, tamen inauditum est vocabulum. *Pressorium* praecedit. *Prosicium* legere vetat literae P forma, qua numquam *Pro* vel *Prae* significatur.

c) Inter balneorum partes haec nota comparet. Graecae esse originis a Πρησηριος con-
jeci, ut Presterium idem fuerit, quod Calidarium, Laconicum, sive Assum, de quo
Cicero (ad Q. fr. III. 1. 1) „in balneariis assa promovi.” Litera S in nota vetat,
Πυριαιθήριον legere.

d) Nisi alteram notae literam P transmutare liceat in N, legereque *Praetorianus*; gemino
P manente, legendum esse *Propraetor* conjicio.

<i>Prandiculum.</i> 291	Prima pascha. 289	Pristinum! 286
Prandiolum! 291	Primipilarius. 291	Privat. 263
Prandium. 291	Primipilus. 288	Private publiceque. 263
Pransor. 291	Primitivus. 301	Privatus. 263
Pratum. 291	Primogenitus. 276	Privernum. 285
Pravum. 300	Primo quoque. 290	Privignus. 276
Praxiteles. 291	Prim. qu. tempore. 290	Privilegium. 276
Precarius. 291	Primordium. 273. 288	Privis! <i>f)</i> 279. 295
Preces. 262	Primum. 262	Prius. 262
Prehendit. 292	Primum ver. 301	Priusquam. 262
<i>Premitt.</i> <i>e)</i> 262	Primus. 262	Pro. 260
Presbyter. 267. 297	Princeps. 262	Pro altera parte. 261
<i>Pressorium.</i> 292	Principalis. 281	Proavus. 265
<i>Presterton.</i> 298	Principio! 185	Probabilis. 268
Pretiosus. 294	Principium. 289	Probat. 262
Pretium. 264	Principum. 262	Probatas. 262
Pridie. 290	Prior. 262	Probitas. 262
Prima. 262	Prior actio. 265	Probellis. 267
Prima feria. 275	Prior palatio! 267	Probosus. 258
Prima luce. 262	Priscus. 292	Probrum. 256

e) Male Cruterus *Promitt.* Vero propius liber Cass. *Praemitt.*

f) Inter oppidorum Italiae nomina haec nota comparet, quae apud Vulcanium paulum mulata est, eodem tamen nomine adscripto. *Privernum* diverse notatur. Haud dubie *Pisis* legendum, quod utrique notae, magisque ei, quae apud Vulcanium reperitur, convenit, quam *Privis*. Ex Livio fortasse (40. 19. et 41. 12 cet.) nomen hoc casu notarunt.

Probus. 262	Pro corpore. 289	Prodestote. 287
Procax. 272	Procrastinat. 269	Pro Deum atque homi- num fidem. 290
Procede. 261	Procreat. 292	Prodifragium? <i>h)</i> 274
Procedit. 261	Procrudit! 269	<i>Prodigialis.</i> 253
Procella. 272	Procul. 281	Prodigiolum! 253
<i>Procerastis.</i> <i>g)</i> 292	Procul dubio. 273	Prodigium. 252
Proceribus. 291	Procurat. 270	Prodigus. 252
Proceris. 291. (292!)	Procursus. 293	Pro Dii Diaeque. 272
Procerum. 251	Prodes. 261	Pro Dii immortales. 283
Processit. 261	Prodesse. 294	<i>Prodiit.</i> 260
Procidit. 269	Prodessem. 294	Prodit. (<i>a Prodeo</i>) 260
Procisus. 269	Prodessemus. 274	Prodit. (<i>a Prodo</i>) 273
Pro civitate. 261	Prodesent. 294	Producit. 300
Proclamat. 280	Prodesset. 294	Produxit. 300
Proclinat. 280	Prodessetis. 278	Proelium. <i>i)</i> 280
Proclive. 280	Prodest. 294. 261	Proelium equestre. 291
Procne. 268	Prodestis. 278	Proelium navale. 285
Proconsule. 271	Prodesto. 287	

g) Gruterianam interpretationem *Proceris* corruptam esse, mihi persuasum est: quare *Procerastis* (Plin. 5. 32) legi, licet etymologia haud apta videatur, quum *Ceres*, *Cercalia* praecedant.

h) Modica notae mutatione *Propagatum* legere licet, quod omnino congruens videtur cum antecedente nota *Prosapia*. Errorem igitur et in notae forma, et in interpretatione, esse suspicor.

i) Levissima figurae immutatione R, quod in nota apud Gruterum est, in L transformavi.

Profanum. 252. 286	Progressus. 275	Promentarium! 284
Profecit. 274	Prohemium! 283	Promercale. 283
Profer. 274	Prohibet. 261	Promerens. 284
Profert. 274	Projecit. 278	Promeritus. 284
Professor. 293	Projicit. 278	<i>Prometheios.</i> 284
Professus. 293	Proinde. 274	<i>Prometheus.</i> 283
Proficiscitur. 270	Proit! 260	Promeus! 283
Profitetur. 274	Prolabitur. 280	Prominet. 284
Profligat. 274	Prolapsus. 280	Promiscue. 284
Profluctus. 275	Prolatum. 280	Promit. 292. (262!)
Profluit. 275	Prole. 261	Promittit. 284
Profluxit. 275	Prolepos! <i>k)</i> 288	<i>Promonstrum?</i> <i>m)</i> 254
Profuit. 275	<i>Prolepticos?</i> 288	Promovendum. 287
Profundit. 300	Prolibat. 267	<i>Promptuarium?</i> <i>n)</i> 284
Profundum. 300	Prolixit! <i>l)</i> 279	Promulgat. 275
Profusum. 301	Prolixum. 302	Promunctorium! 254
Profuturum. 275	Prologus. 276	Promuscit! <i>o)</i> 297
Progenies. 276	Proloquitur. 280	Pronepos. 285

k) Post *Lepos* a recentiori quodam inserta est haec nota, quae a libro Cass. abest, quamque haud intelligo, nisi Graecum *Προληπτικὸς* sit.

l) Lege *Prolexit*. *Prolicere* enim Plautus (Curc. 1. 21) habet.

m) A libro Cass. absunt tres sese excipientes notae *Prodigium*, *Prodigiolum*, *Promunctorium*. Pro hoc quidem *Promonstrum* lego. Promonstra enim Festo sunt prodigia.

n) Quae apud Gruterum (162) legitur nota *Promunctorium* a libro Cass. abest, ejusque locum occupat ea, quam *Promptuarium* explico, quoniam *Penuarium* sequitur.

o) Notam praecedit *Elephas*, unde legendum esse *Promuscis* ex similitudine terminatio-

Proneptis. 288	Propinquus. 289	Pro salute. 296
Pro nihilo. 287	Propitius. 289	Prosapia. 297
Pronomen. 285	Propius. 288	Proscenium. 297
Pronum. 285. (284!)	Pro plebe. 261	Proscholium. 295
Pronuntiat. 285	Proponit. 233	<i>Proscholus</i> . 295
<i>Prooemium</i> . 283	Proponties. q) 289	Proscolis! 295
Propagat. 289	Proposuit. 288	Proscribit. 261
Propalam. 290	<i>Propraetor?</i> 288	Proscripsit. 261
Pro parte. 261	Propria. 290	Pro scriptura. 293
Propatulum. 267	Proprietas. 289	Prosequitur. 293
Prope. 288	Propter. 292	Proserpina. 297
Propemodum. 284	Propterea. 274	Prospectat. 293
Properantium. 256	Propugnaculum. 269	<i>Prosperere</i> . 297
Properat. 256	Propugnat. 276	Prospicit. 289
Pro periculo. 261	Propurgat! 276. (Vid. p. 419. n)	Prosternit. 286
Prope sobrius! 296	Prora. 291	Prostibulum. 268
Propheta. 274	Prorsus. 293	Prostratum. 286
Propineum. p) 288	Prosagit! 296	<i>Protasis?</i> r) 296

num *is* et *it* conieci. *Promoscida* Isidorus habet (Orig. 12. 2); *Promuscidem* Plinius (8. 7), pro quo Harduinus *Proboscidem* legit, quam quidem lectionem ne huic notae subjiciamus, expressum in ea M prohibet.

p) De balneis agitur. *Propnigeum* igitur fuerit, de quo consulendi Plinius (2. Epist. 17. §. 11) et Vitruvius (5. 11), ad quem Philander „fuisse” ait „qui *Propineum* legerent, cellam putantes, quam *Gustatoriam* Plinius vocat.”

q) *Propontidem* hac nota significari mihi persuasum est: quare terminationem *es*, pro *is*, errorem notarii esse suspicor.

r) Ita legendum esse pro *Epytarsis*, conieci. Certe ne *Epitasis* quidem ex literis elicitur,

Protaulis! 280	Provincialis. 279. 300	Psicolutra! 295
Protectione. 260	Provisus. 293	<i>Psilothrum.</i> 297
Protectum. 268	Provocat. 302	psip! 294
Protegit. 276	Provolat. 230	<i>pso.</i> 294
Protendit. 299	Provolvit! 281	psop! 294
Protenus. 260	Provulgat. 280	<i>psu.</i> 294
Protervus. 292	Proximus. 284	psup! 294
Protexit. 276	Prudens. 290	<i>Psychrolutron.</i> ¹⁾ 295
Protinet. 285	Pruina! 293	Psyllus. 296
Protinus. 260	Prunus. 293	psyp. 297
Protractum. 278	Prurigo. 277	psyps. 297
Protrahit. 278	<i>Prymna.</i> ^{s)} 291	Ptolemeus. 282
Protricat! 269	psa. 294	^{Ptolemaeus.}
Protulit. 298	Psallit. 295	pu. 264
Proventus. 298	<i>Psalmographus.</i> 297	Puber. 267
Proverbium. 300	psap! 294	Pubes. 267
Provertit! 274	<i>pse.</i> 294	Pubescit. 267
Providentia. 273	psep! 294	Publicae. 270
Providus. 292. 301	Pseudosericum. 297	Publicanus. 286
Provincia. 298. 300	<i>psi.</i> 294	Publice privateque. 271
		Publico iudicio. 270

s) *Prima* enim, quod Gruterus habet, aliter notatur. Praecedentes etiam notae *Puppis*, *Prora*, nostram lectionem efflagitare videntur.

1) Ita Cangius coniecit, ubi culpa typographi *Ψυχόλutron* legitur, quem errorem ab Adelungio haud correctum esse miror. Sed notae terminatio *a* est, unde *Psychroluta* (Senec. Ep. 53) melior lectio fuerit.

Publicola. 272	Puer. 264	<i>Pulmenta.</i> 282
Publicus. 270	Puerilis. 281	Pulmo. 281
Publius. 279	Pueritia. 271	Pulmunculus. 271
Publ. Austronius. 283	Puerpera! 297	Pulpitum. 282
Publ. Clodius. 281. 287	Puerperium. 290	Pulsus. 289
Publ. Cornelius. 286	Pugil. 277	Pulveraticum. <i>x)</i> 283
Publ. Lentulus. 285	Pugio. 277	Pulveris. 283
<i>Publ. Licinius.</i> 268	Pugna navalis. 277	<i>Pulverulentum.</i> 283
Publ. Piso. 297	Pugnat. 277	Pulvicula. 283
Publ. Scipio. 289	Pugnus. 277	Pulvinar. 301
P. Scipio African. 282	Pulcher. 283	Pulvinus. 301
<i>Pucinum.</i> <i>u)</i> 272	Pulcherrimus. 284	Pulvis. 283
Pudens. 273	Pulchritudine. 273	<i>Pulvisculus.</i> <i>y)</i> 283
Pudet. 273	Pulchritudo. 273	Punex. 285
Pudicitia. 271	Pulenta! 282	Punctillum. 301
Pudicus. 273	<i>Pulex!</i> 302	Punctum. 301
Pudor. 273	Pullulat. 281	Pungit. 275
Puella. 279	Pullum. 281	Punicus. 271
Puellaris. 279	Pullus. 281	Punit. <i>z)</i> 287

u) Nota quidem *Pocinum* habere videtur, sed, perinde fuisse apud antiquos *oe* et *u*, satis docent vocabula *Poeni* et *Puni*, *Pomoeria* et *Murus*, *Poena* et *Punio* cet.

x) Videatur *Cangii* glossarium, cui addendi sunt *Gothofredus* et *Ritter* ad codicem *Theodosianum* (7. 3. 16).

y) Certe *Pulvisculus* intelligitur, ubi *Gruterus* habet *Pulvicula*. Notae terminatio *a* pluralem fortassis numerum designat nominis *Pulvisculum*, quo *Hieronymus* utitur.

z) Licet haud dubia sit notae significatio, in ejus tamen analysi haereo. Superfluum

Punxit! a) 275	Parulentum. 293	Putor. 300
Pupillus. 279	Purus. 292	Putre. 299
Puppis. 290	pus. 264	Putrescit. 271
